Incipit dyalogus dictus malogranatum ꝯpilatus a quodam venerabili abbate monaſterij Aule regie in Boheſmia ordinis cyſtercieñ. Et filius loquitur patri.

Verba exhortatiōis

ex tuo ore o pater ad me directa aīme mee multum ſalubria cordis mei aure libens ſuſcipio. Sed rogo vt illa que mihi breuiter pſtrinxiſti latius ⁊ manifeſtius ad interrogationē meā p inſtructione ⁊ edificatione mea velis explanare vt p hoc ſalubrem aīe mee doctrinā valeā aſſequi. Et illa q̄ ſupius memoratus es poſſum pfectius adimplere ⁊ a dn̄o grām in pn̄ti ⁊ gloriam in futuro obtinere Vn̄ primo peto me informari quō ſit accedendū ad deū ⁊ prio vtꝝ acceſſus ad deū fiat p grāz dei aut p liberꝝ arbitriū ſiue p voluntatē hoīs. Diſtinctio I Ca. I

Pater reſpondit filio.

Scire debes fili

ꝙ oīs ſalus hoīs primo hꝫ ortum a grā dei. Vn̄ iaco.j. Omne datū optimū ⁊ oē donū pfectū deſurſum eſt deſcendens a patre luminū. Iſtud donū pfectū eſt grā ſpūſſancti p quā ds oēs p ipm a ſeculo pdeſtinatos vocat ad ſalutē. Vn̄ nccē eſt ſpiritui rōnali ſi debet eē dignus eterne beatitudinis ꝙ fiat pticeps influentie ſpūalis. Ad bonū eni grē non pt quis p ſe puenire cū hoc nō ſit ſcd'm limites nature ſed ſcd'm influentiaꝫ largitatis diuine qꝛ homo p ꝓpriam induſtriā ſine grā nec accedere ad deū nec cogitare nec opari quicquam boni valet Ergo vocatio prima ſiue acceſſus ad deū ſit p grām Hoc teſtat grego. in. xxxiij. libro mo. ſup illo verbo V Et qs dedit mihi vt reddaꝫ ei ita dicēs Nemo quippe vt diuina eū grā ſubſequat aliqd cōtulit deo nam ſi nos deū bene viuendo ⁊ opando puenimus vbi eſt qđ ait pphera Mīa eius preuenit me. Si nr̄a dilectio deū puenit vbi eſt qđ ait iohānes Non quaſi nos dilexerimus deū ſed qm̄ ipe prior dilexit nos. Si ſine eius munere noſtra vtute deū ſequam vbi eſt qđ veritas dr Sine me nihil poteſtis facere Et illud. Nemo poteſt ad me venire niſi pater meus traxerit euꝫ Si ſaltem bonoꝝ opm facta vtute noſtra ꝓpria bene cogitando preuenimus vbi eſt qđ rurſum p paulū tam ſubtiliter dicit vt oīs de ſe humane mentis fiducia ab ipa cordis radice ſuccidat cū ait. Non qꝛ ſufficientes ſumus cogitare aliquod a nobis quaſi ex nobis ſed ſufficientia noſtra ex deo ē. hec gregorius. Sic igitur patet ꝙ conuerſio ſiue acceſſus ad deum ſit primitus p gratiam ipſius dei.

Filius.

Sicut audio conuerſio ſiue acceſſus ad deum ſit per gratiā. quid ergo de libero arbitrio. agit ne aliquid aut cooperatur gratie ad hominis ſalutem.